

l. i. §. ult. ff. de noui oper. nunc. & l. vnica. ff. de remif-
 sionibus. Poterit quoque agere interdicto quod vi aut
 clā, & adione. Aquili eo modo, quo aduersus pro-
 prietarium vtrunq; est etiam explicatum, vt habet
 deniq; in prin. ff. quod vi aut clā, & l. itē Mela. §. ult.
 ff. ad legē Aquiliam. lex. 4. tit. 32. part. 3. disponit, v-
 usufructuarium nunciare posse nouū opus extraneo
 adificari in praeiudicium vsufructus. Et Ant. Gom.
 n. 25. cita. int. elligit eam legem, et nomine proprio,
 aut; exponi non posse nomine tantum proprietarij,
 sed suo et proprio, sicque ait affirmandū esse in hoc
 regno propter eam legem id ita disponentem. Con-
 firmare verō id possumus: quoniam eadem lex idē
 dicit de vasallo. & emphyteuta comparatione praedij,
 in quo habet vīe dominij: hos aut constat, etiā
 nomine proprio, nunciare posse opus nouum aduer-
 sus adificansem in praeiudicium dominij vtilis ipso-
 rum, vt supra ostentum est. Greg. tamen Lop. eadē
 l. 4. eam quoad vsufructuarium, exponit, quod iuxta
 eius communē id intelligatur, non nomine proprio,
 sed nomine proprietarij: eam verō legem ita fuisse
 loquamur, quoniam eo ipso quālibet est vsufructua-
 rius praedij alicuius, constituitur procurator circa ea
 rem proprietarij, vt id efficere possit proprietarij lo-
 co ac nomine. Anxie autem laborant doctores ad
 reddendam rationem, cur vsufructuarium nunciare
 non possit nomine proprio: cum tamen, qui habet
 seruitutem realem, nunciare possit aduersus adificā-
 tem contra ius eius seruitutis, & cum creditor, cui
 res tradita sit in pignus, aut subiecta sit hypothecae,
 possit nunciare aduersus adificansem in illa, vel in
 illius praedij, sicut vī videbimus. Prætermissa verō
 ratione Ant. Gom. nu. 25. citato cum Bart. & alijs,
 quos citat, ratio humana, politiuay, eius sanctionis
 videtur esse, quoniam vsufructuarium in re, ratione
 cuius nunciatur, solum habet vsufructum, existente
 in alio proprietate & dominio, simpliciter illius, ac
 proinde aequitas postulat, vt nunciatio solum ei
 concederetur nomine ac loco proprietarij; reliqui
 verō, qui nunciare possunt nomine proprio, habent
 in re, ratione cuius nunciatur, vel dominium, saltem
 vīe simpliciter, (vt comprehendamus vasallum &
 emphyteutam quencunque, etiam eum, qui est so-
 lum ad decennium, aut vitra) vel habent ius in tota
 re in particulari, vt distrahī & alienari possit in ip-
 sorum commodum, vt habent creditores, qui il-
 lam in pignus habent, aut subiectam particulari
 hypothecae.

26 Antonius Gom. vbi supra. nu. 23. ait, interdictum
 nunciationis noui operis competere ei, qui habet
 quasi dominium rei, in qua adificatur, aut in cuius
 praeiudicium adificatur, hoc est, ei qui possidet eam
 rem cum bona fide & titulo, licet verē non sit sua,
 cui Publiciana actio competit circa eā re: idque pro-
 bat argumento. l. eum qui. §. 1. vrl. publiciana, & l.
 quaecunque. ff. de publiciana. Item que affirmat idē
 interdictum competere ei, qui habet solum nudam
 possessionem eius rei, argumento; l. vni facit. ff. de
 vi & vi armat. Est autem id iudicatum ex supra-
 dictis: quoniam competit ei, qui pretendit rem ad se
 attingere, eique adificium praeiudicium afferre, siue
 vtrumque ita in re sit, siue non.

Creditori, cui pignori, aut hypothecae, est subie-
 ctum praedij, si aliquid in eo adificare intenter, aut in
 vicino contra seruitutem illi debitam, aut aliter
 in praeiudicium eius praedij, competit, sicut domi-
 nio praedij, eo modo pignori, aut hypothecae subie-
 cti, nunciare nouum opus, & contestoria ad ven-
 dicandam seruitutem tali praedio debitam, ita ad
 vtrumque competit vtilis actio, nempe vt nunciet no-
 uum opus, & vt agat contestoria ad seruitutem ei
 praedio debitam vendicandam. Ita habetur. l. credi-
 tori. ff. de noui oper. nunc. l. vnica in fin. ff. de remif-

& l. ei qui. ff. de seruit. ac consentit communis do-
 ctorum sententia, quam Ant. Gom. in fin. nu. 23. ci-
 tati sequitur.

Inquinus, & colonus, qui praedium habent cō-
 ductum, nunciare non possunt nouum opus, neque
 intentant adificare in eo, neque vicino, qui in praedij
 iudicium illius, aut seruitutis illi debita, adificat. Ra-
 tio autem est, quoniam non habet ius in re eius praedij,
 ratione cuius etiam nunciandum: Ita habetur. l.
 3. §. si ego. ff. de noui oper. nunc. Vnde glossa ibi ver.
 inquinus, colligit, nullum, cui solum competi per-
 sonalis actio, quique non habet ius in re comparatio-
 ne praedij, ratione cuius velit nunciare, posse nuncia-
 re nouum opus, & consentit glossa. l. 1. §. penult. ff.
 cod. titu. Atque inde Ant. Gom. vbi supra in calce.
 n. 27. colligit, neque emptorem, neque donatarium,
 neque quencunque alium similem, qui solum habeat
 ius ad rem ipsi venditam, donatam, aut alio titulo
 debitam, necdumque ipsi traditam, competere nū-
 ciare nouum opus ratione illius. Merito verō eodē.
 nu. 27. cum Bart. & alijs, quos citat, ait Ant. Gom. si
 inquinus, aut colonus, locator subiecit hypothecae,
 vel id praedium ipsi conductum, vel omnia sua
 bona, in securitatem eius contractus, tunc posse talē
 inquinum, aut cololum, nunciare nouum opus ratio-
 ne talis praedij, iuxta ea, quae ex l. creditori. §. pre-
 cedente dicta sunt. Et idem est de emptore, donatario,
 aut alio simili, cui vel ea ipsa res esset subiecta
 hypothecae in seruitutem eius contractus, vel cui subie-
 cta essent hypothecae omnia bona eius, cuius ea res
 adhuc esset, itaque propter eandem rationem. Eodē
 nu. 27. Ant. Gom. rectē affirmat, quamuis colonus &
 inquinus non competat nunciare opus nouum ratio-
 ne praedij, quod habent conductum, si tamen videtur
 aliquid adificari in illius praeiudicium, teneri admo-
 nere locatorem eius praedij ea de re, alioquin ipso
 teneri ad interesse, ad damnnum sequentum, iux-
 ta. l. videamus. §. item propter. ff. de locati. quita ha-
 bet. Item prospicere debet conductor, ne in alio, vel
 in rei, vel corpus detur sit, vel heri patitur. Con-
 sentit. l. item quaritur. §. exercit. ff. cod. tit. dicitur;
 Disp. 494. à nobis est cum eodē Ant. Gom. 2. tom.
 var. tel. c. 3. nu. 26. & cum alijs, quos citat. Numero
 item 27. citato addit idē Ant. Gom. cum Paulo Ca-
 strensi. Romano & Cumano, in aduentu locatoris
 posse conductorem & inquinum nunciare nouum
 opus nomine locatoris, in quo nullum potest esse du-
 bium, praeteritum si de rato caueat, hoc est, quod lo-
 cator ratam habeat eam nunciationem nomine ip-
 sius factam, iuxta ea, quae statim dicenda sunt. Loca-
 tori autem & inquinus non competit interdictū quod vi
 aut clam, vt constat. l. ij. si qui in putem. §. si postquā.
 vrl. si tamen precario. ff. quod vi aut clam.

Pupillus ad suum priuatum commodum nuncia-
 re valdē potest, etiam sine autoritate tutoris, quan-
 do non est in possessione rei, ob quam nunciatur: quia
 id in suum commodum cadere potest, & in nullum
 suum detrimentum: si autem sit in possessione rei, ob
 quam nunciatur, valdē etiam nunciatur per iudicem, aut
 factū lapilli: quia id similiter cadere potest in suum
 commodum, & in nullum ipsius detrimentum: valent
 autem, quae agit minor in suum commodum sine
 tutoris autoritate, vt Disp. 224. eposse compro-
 batur: tūc valdē sine tutoris autoritate, quia eo ipso amittit
 possessionem, ac proinde talis nunciatio cederet
 in ipsius detrimentum. Ita habetur. l. de pupillo
 in prin. iuncta glossa ibi, eoque modo est intelligenda
 dicitur textus ille. ff. de noui oper. nunc. & cum commu-
 ni doctorum sententia tradit Ant. Gom. vbi supra.
 n. 26. Qui inde colligit, vxorem sine mariti autorita-
 te & consensu valdē nunciare ob res suas, in euen-
 tibus, in quibus dictum est, pupillum valdē ob res
 nunciare

nunciare sine tutoris autoritate: secus autem in euen-
 tu, in quo pupillus valdē non nunciatur sine tutoris
 autoritate: quia similiter valida sunt, quae vxor in
 suum commodum administrat ac facit sine mariti
 autoritate: secus autem, quae in suum praeiudicium
 cedent.

29 Nunciare possunt nouum opus filius, mancipium
 mercenarius, negotiorum gestor, qui negotij eius,
 cuius nomine nunciatur, sit expositus, & maior do-
 mo appellatur, procurator, & amicus: non tamen
 possunt hī nunciare nomine proprio, sed alieno eius,
 qui autoritate sua propria possit nunciare; valida-
 que est horum nunciatio, modō tamen caueant de
 rato, hoc est, eum, cuius nomine nunciant, ratam eā
 nunciationem habiturum. Ita habetur. l. 1. §. nuncia-
 tio. 1. vrl. item nunciatio. l. de pupillo. §. qui pro-
 curatorio, ff. de noui oper. nunc. & l. 1. tit. 32. par. 3.
 affirmatque vniuersi Ant. Gom. vbi supra nume-
 me. 27. & quidem quod ad procuratorem attinet, si
 is ad id particularē habeat mandatum ab eo, cuius
 nomine nunciatur, necesse non est illam de rato caue-
 re: quoniam eo ipso constat, ratum id habere illum,
 cuius nomine nunciatur. Quando verō solum est pro-
 curator vniuersalis, sine mandato ad id in particula-
 ri, tunc necessarium est, eum caueat de rato, modo
 tamen exigatur, vt ait glossa. §. qui procuratorio cita-
 to, vrl. satisfidabit. Quod si non cauerit de rato, nun-
 ciatio est nulla, ipsoque iure censetur eo ipso remis-
 sa, vt habetur. §. qui procuratorio citato. Quod ad
 reliquos attinet, l. citata satis aperte affirmat, va-
 lidam esse eorum nunciationem, modo satisfident de
 rato, etiam nullam ad id habeant mandatum ab eo, cui
 nomine nunciant, & etiam affirmat Ant. Gom.
 vbi supra. Possumus etiam id confirmare, quia eo ip-
 so, quod habent mandatum, essent procuratores
 ad id eius, cuius nomine nunciant, & praeerea satis-
 dant non tenerentur de rato, quia superflua esset ea
 satisfactio, cum ex eo mandato constaret, eum, cuius
 nomine nunciant, id velle, ratumque id habere. Gre-
 go. Lopex. l. 1. citata. vrl. deuen. dar. vrl. caudo, ait glo-
 sam, & Barto. §. nunciatio citato affirmat, hos non
 posse valdē nunciare sine mandato, etiam si de rato
 caueant, eamque esse communem opinionem stan-
 do in iure communi. Glossa tamen illa non id tan-
 quam indubitatum affirmat, sed solum, cum premi-
 sisset, procuratorem, etiam sine mandato, posse nun-
 ciare, modo de rato caueat, addit. *Vel dicunt man-
 dato* (quasi scilicet procurator, etiam si de rato ca-
 ueat, non possit valdē nunciare, nisi habeat manda-
 tum ad id in particulari) *vide negotiorum gestor non
 nunciatur, cum hoc edictum habeat infra actionis.* Haec
 glossa illa. Quae sanē non praeter posteriorem ex-
 positionem priori: existimoque posteriorem esse fal-
 sam. Duo obserua. Primum est. Vt quis censetur
 vt adificasse, teneaturque proinde interdicto quod
 vi aut clam, satis esse, si prohibetur per procurato-
 rem eius, in cuius praeiudicium adificat, vel per aliu-
 ad eum attinentem, vt per filium, seruum, aut merce-
 narium illius, esto neque de rato caueant, neque ad
 id habeant mandatum. Atque hoc est, quod habet
 l. prohibere. in prin. ff. quod vi aut clam. Reddit
 verō rationem ibi Vlpianus, quoniam, si clam adifi-
 casset, competere actio ex eo interdicto: multo verō
 magis competere debet, si prohibitus ab aliquo il-
 lorum, etiam à mancipio, adificet: cum non ex pro-
 hibitione illius actio resultet, sed ex actu adificantis
 contra illam prohibitionem, praecedente vāe prohi-
 bitione. Secundum verō est, quod ad id de pupillo in
 prin. vrl. seruo autem, dicitur. Ipse (scilicet seruus)
 nunciare non potest, neque nunciatio illius esse debet
 habet, intelligendum id esse, si nunciet nomine proprio:
 secus verō si alieno, nomine scilicet domini sui, nunci-
 et, vt glossa ibi exponit.

Hoc loco obiter est exponenda subobscura lex
 cum procurator. ff. de noui oper. nunc. Vbi abique
 vlla violentia illius cōtextus, hoc docere videtur Iu-
 lianus, cuius est ea lex. Si procurator (de quo nō
 constat habere ad id mandatum) nunciatur opus no-
 uum, praeserta falsificatione de rato, (quod scilicet sol-
 ueret ei, cui nunciatio esset facta, quantum sua in-
 tererat, non esse impeditum opus ea nunciatio, si
 dominus, cuius nomine esset facta, eam ratam non
 haberet) & cum pacto, quod intra certum tempus
 non adificaretur, & quod consulere dominus,
 num remittere veller nunciationem, tunc, si domi-
 nus intra id tempus nūciat, committitur stipulatio,
 vt teneatur procurator ad interesse, quasi dominus
 ratam non haberet nunciationem: caeterat enim pro-
 curator, se soluturum interesse sub conditione, si do-
 minus ratam non haberet nunciationem: purificata
 verō seu impleta conditione, sub qua promiserat ad-
 hibita stipulatione, quia videlicet dominus ratam
 non habuit nunciationem, dicitur committi stipula-
 tio, quia obligat impleta conditione, sub qua fuit fa-
 cta. Si uerō elapso eo tēpore dominus nūciat, tunc
 non committitur stipulatio, quia censetur dominus
 ratam habuisse nunciationem nomine ipsius à suo
 procuratore factam, solumque interpositam pro
 tempore illo praeterito, & dependente à domini
 voluntate, num remittere veller eam nunciationem,
 an non, sed vterius in ea progredi, nunciatio in tem-
 pus etiam futurum opus nouum.

Quando locus ratione cuius nunciatur, est com-
 munis duorum, si vicinū aliquid in eo adificet, aut
 in vicino praedio, in praeiudicium loci illius commu-
 nis, tunc vniuersique eorum, quibus communis est
 locus ille, nunciare potest nouum opus vicinū illi
 seu extraneo. Ita habetur. l. 3. in prin. vrl. si in loco,
 ff. de noui oper. nunc. Obserua tamen, non satis esse,
 si vnus eorum tunc nūciat opus nouum, vt com-
 paratione etiam non nunciatis, vim habeat ea nun-
 ciatio, vt habetur. l. de pupillo. §. si plarium, vrl. si
 plarium dominorum. ff. cod. titu. Intellige, nisi no-
 mine omnium sit facta nunciatio, atque tunc neces-
 sarium erit nunciati caueat de rato comparatione
 caeterorum, si id possit is, cui sit, nisi speciale man-
 datum dedisset caeteri, vt ipsorum etiam nomine
 nunciatio fieret.

Quando vnus eorum, quibus communis est lo-
 cus, seu praedium, aliquid in eo edificat, aut destruit,
 non competit alteri aduersus eum nunciare opus no-
 uum, sed agere potest aduersus eum communis diu-
 dendo, aut iudicis officio: quod est in eo euenitū re-
 medium ordinarium, ad id ex professo institutum,
 vbi verō ordinarium remedium, ad id ex professo
 institutum, habet locum, cessat, neque habet locum
 extraordinarium, quale est nunciatio noui operis.
 Ita habetur. l. 3. in prin. vrl. plane ff. de noui
 ope. nunc. Potrō iudicio communi diuidendo, ad
 officio iudicis, quādo vnus dominorum praedij mul-
 tis communis, aliquid in eo edificat, aut destruit, si-
 ne alterius consensu, impediti in primis potest, ne
 id adificet, potiorque est conditio impediētis, quā
 adificare aggrediētis, atque ad id praualer, quous-
 que alius ostendat, se ad id ius habere, Ita habetur.
 l. Sabinus. ff. communi diuid. l. parietes, & l. in rem,
 ff. de seruit. vrl. praed. Quod si quid adificet sine ex-
 presso consensu alterius, liquidem in praesentia il-
 lius id adificauit, aut ita ut impediatur id potestis, ne
 impediatur, cogitur, iudicio communi diuidendo,
 solvere damnum, non verō de destruere, quod adifica-
 uit: si verō in absentia illius id adificauit, ita vni-
 pedire illud non poterit, (& longē maiori cum ratio-
 ne, si illo contradicente id adificauit) cogitur
 non solum soluere damnum, sed & destruere, quod
 adificauit. Quando verō de consensu socij id edi-
 ficauit.

ficant, neque destrueri id cogitur, neque solvere damnum. Ita habetur. l. Sabinus, & l. in re citatis. In nullo verò horum euentum, locum habet nunciatio noui operis. Idem cum Labone affirmat VI pianus. l. 3. citata in prin. verſ. quod ſi ſocius, quādo duo habent domum communem, & unus eorum habet aliam vicinam ſibi propriam, atque alter in domo communi adificat, quod ſimul cedit in præiudicium domus illius vicinæ: quia enim dominus vicinæ domus impedire poteſt iudicio communi diuidendo, aut iudicis officio, adificare id in domo vtrique communi, non conceditur ei nunciatio noui operis, etiam quatenus id cedit in præiudicium alterius domus, quæ non edificanti eſt propria; idque propter illam rationem; quia cum locum habeat remedium aliud ordinarium, ceſſat extraordinarium nunciationis noui operis. cum pœna, vt, etiam quod in iure eſt adificatum poſt nunciationem, deſtruat. In euentibus autem toto hoc §. explicatis, licet non competat nunciatio noui operis, competit tamẽ interdictionem quod vi aut clam, vt patet. l. denique §. ſi ex locis. ff. quod vi aut clam. Quando, quod in cõmuni prædio vnus ſociorum aggreditur adificare, vtrique eſt omnino expediens ac neceſſarium, vel aliqua alia ratione, qui id efficere aggreditur, ius peculiare ad id habet, tunc ſi alter reſiſtat, adificareque id impeditur, iudicio communi diuidendo, aut interdictione uti poſſidetis, cogitur deſistere ab eo opere impediendo. Ita habetur. l. ſi ades. ff. commu. diuid. & concinir. l. in re citata.

32. Quinouum opus nunciat, iurate tenetur coram iudice de calumnia, hoc eſt, quod iure, quantum ipſe arbitrat, & non malicioſe, animo iniuſte impediendi opus, nunciet: tenetur uerò id ita iurare, ſi nunciatus id petat: quod ſi iurare non velit, remittitur nunciatio, & pro non facta habetur. Ita habetur. l. de pupillo. §. qui opus. ff. de noui oper. nunc. & l. 9. tit. 32. par. 3. Atque hoc idem ſimiliter intellige de eo, qui opus nouum nunciat circa rem aliquam publicam.

33. Quando in loco publico adificatur, (idem intellige, ſi in præiudicium illius adificatur) omnes ciues, ſiue qui de eo populo ſunt, nunciare poliunt opus nouum in bonum publicum. Ita habetur. l. 3. §. vt. & l. 4. ff. de noui oper. nunc. ac. l. 3. tit. 32. par. 3. Verba §. vt. & l. 4. hæc ſunt: *Si in publico aliquid fiat, omnes ciues opus nouum nunciare poſſunt. Nam reipublice intereſt, quàm plurimos ad defendendam ſuam cauſam admittere.* Quod ſi multi nuncient idem tale opus nouum, cum hæc cauſa publica popularis ſit, vt ex l. e. & l. 2. §. hoc interdictionem perpetuum. ff. ne quid in loco publico, conſtat, iudex colligit ex eis idoniotem, qui illam proſequatur, vt no. gloſſ. §. vt. citato, & habetur. l. 1. ff. de popularib. act. Pupillus tamen non admittitur ad nunciandum in eo euentu, niſi ſimul ſua intereſſet, ibi non adificari, vt habetur. l. de pupillo in prin. ff. de noui oper. nunc. l. mulieri. ff. de popul. act. & l. 3. tit. 32. par. 3. Atque idem eſt de muliere, vt eadem l. mulieri, & l. 3. tit. 32. citato habetur, affirmatque glo. citata. Infamis præterea non admittitur ad nunciandum in eo euentu: quia vniuuerſum non admittitur ad popularem actionem. Ita habetur. l. popularis. ff. de popul. act. & affirmat Anton. Gom. l. 46. tauri, num. 30. Vtrum autem iocrenſes nunciare poſſint de opere nouo factõ in loco publico, Bart. & alij, quos reſertunt ac ſequuntur Ant. Gom. nu. 30. citato, & annotatio in margine l. 3. §. vt. ff. de noui oper. nunc. negant, niſi opus fieret in via publica, quæ omnibus, etiam forenſibus eſt communis, nulluſque per illam tranſire prohiberi poteſt, argumento. l. per agrum. C. de ſeruit. & l. 1. ff. de via publica. Concinn. l. 3. §. vt. citato, & l. 3. tit. 32. citato, quæ de ciuibus, ſeu oppidanis, loquitur ſunt, neque exteros comprehendunt. Non

tamen refragatur, quod circa viam publicam externi poſſint nunciare opus noui, vt Bart. & alij affirmant, eſto Greg. Lopez. l. 3. citata gloſſa 2. retragati eã legẽ. 3. autemet. Quod dictum eſt, quẽlibet de populo nunciare poſſe nouum opus factum in loco publico, intelligendum eſt de loco publico, qui infer ut ad vſum publicum, non verò de loco ſiſci, aut p. p. cio oppidi, nec deputato vſui publico, oppidanorum: tunc enim ſolus is poteſt nunciare, qui a principe, aut ab ea communitate, ad id eſt deputatus, mandatumque habet, vt probat. l. 2. §. hoc interdictionem ad ea loca ff. ne quid in loco publico, iuncta l. nulli. ff. quod cuiuſque vniuier. & cum Bart. & communi doctorum ſententia, affirmat. Ant. Gom. nu. 30. citato.

Suprà explicando, nunciationem debere fieri in loco, in quo opus fit, potius quam extra eum locum, perſona, qui opus fieri præcipit, explicauimus magna ex parte, quibus fieri poſſit nunciatio: tunc verò addenda ſunt ſequentia. Primum eſt, non ſolum poſſe fieri nunciationem vicino proximo, quem contendimus adificare contra ius noſtri prædij, ſed etiã remoto: quoniam poteſt eſſe ſeruitus comparatione noſtri prædij in remoto prædio, ne, verbi gratia, altius tollatur, non exiſtente tali ſeruitute in remedijs prædij. Ita habetur. l. non ſolum in prin. ff. de noui oper. nunc. & diſputatione præcedente eſt dictum. Secundum eſt, quando opus fit in loco multis communis, ſatis eſt vni eorum nunciari in loco vbi fit, ſi ſi quid deinceps, ante remiſſionem nunciationis, ſit factum, deſtruat. Cæterum, ſi id ab vno eorum ſit factum, alijs ignorantibus nunciationem, minimeque conſentientibus, vt poſt nunciationem id fiat, tunc ſumptibus ſolum illius eſt demolendum. Adde, teneri etiam ad ſumpſus factos in eo opere contemnendo, eſto ſocij ante nunciationẽ conſenſerint, vt nomine & ſumptibus omnium id fieri, vt luprà dictum eſt de opificibus, qui continuant opus poſt nunciationem ipſis in loco operis factam, ignorantem eam nunciationem domino operis. Ita habetur. l. de pupillo. §. ſi plurius. ff. de noui oper. nunc. Conſentit, quod deſinitur. l. adibus. ff. eod. tit. Ibi enim de cernitur, ſi opus fiat in loco communi duorum, ſaltem quia illum poſſident tanquam communem vtriuſque, eſto poſtea compariatur fuſſe vnus illorum tantum, vni que eorum opus nouum nunciatur, & poſt nunciationem factam adificatur, tunc, ſi vtrouque conſentiente, id poſt nunciationem ſit factum, aut uno id poſt nunciationem faciente, & altero ratum id habere, poſtquam ſciuit nunciationem eſſe factam, vtrique expenſis vtriuſque eſt demolendum. Quod ſi vno eorum ignorante nunciationem, nec ratum poſtea id habente, ab altero ſit factum, tunc ſi ſolus, qui id fecit, tenetur ſoluere expenſas demolitionis, quin & expenſas iactas in tali opere conſiciendo: alter verò ſolũ tenetur præſtare patientia, vt demolatur.

Nunc dicenda ſunt aliqua de remiſſione nunciationis noui operis. Et quidem, quæcumque ratione ſit facta nunciatio, etiam ſi iudicis miſericordia facta ſit, inter partes poſtea cõueniat, vt nihilominus opus fiat, atque adeo, ſi pars, in cuius commodum facta eſt nunciatio, illam remittat, eſto ad id nulla iudicis autoritas interueniat, locum nõ habet, vt opus, poſt eam remiſſionem factum, deſtruat, quoniam cum in nunciantis commodum introductum ſit prætoriũ interdictionem, vt ſi quid poſt nunciationem, & ante remiſſionem illius, ſit adificatum, id deſtruat, eo ipſo, quod de contentu partis, quæ nunciatis, adificatum eſt, ceſſat id, quod in pœnam eo edicto meriti fuit ſancitum: eaque ratio, ſi pars, quæ ita remiſit nunciationem, agere poſtea ex interdictione prætoris velit, vt deſtruat, quod poſt nunciationem adificatum eſt, cõpetit aduerſus ipſum exceptio, quod de ipſius conſenſu ac beneplacito adificatum id ſit.

Ita habetur. l. 1. §. inde quæritur. ff. de no. oper. nunc. & l. 3. §. ſed ſi. ff. quod vi aut clam, vnde & interdictionem, quod vi ceſſat, quādo poſt nunciationem, ſeu prohibitionem, ne adificetur, pars, quæ in ſuum commodum prohibuit, conceſſit, vt adificaretur.

35. Eo autem ipſo, quod aliquis conſtitutus eſt procurator alicuius cum particulari mandato, ut opus nouum nunciare poſſit, vt in priuati alicuius commodum prohibere poſſit adificare, ſi is remittat nunciationem, quod ve erat adificari prohibitum, adificari permittat, locum non habet, vt deſtruat interdictione noui operis nunciationis, aut interdictione, quod vi aut clam, quin potius ſi deſtrui poſtea intendatur, quia contra nunciationem aut prohibitionem factam, ſit adificatum, competit exceptio, quod ex talis procuratoris permiſſione ſit adificatum, vt ha betur. l. 3. §. ſed ſi. verſic. non tantum. ff. quod vi aut clam. idemque ibidem ſubiungitur eſſe de tutore, & curatore, qui eo ipſo conſtituitur procurator ad nunciandum & prohibendum edificare in commodum minorum, ipſorum curæ commiſſorum: tamen gloſſa ibidem ſubiungat, minori competere poſtea reſtitutionem in integrum, ſi fe laſum ex tali permiſſione ac adificio intenuit: quod tamen ſolum reputerum ad effectum, vt deſtruat, quod non intẽt ex natura rei fuerit adificatum in minoris damnum: non uerò ut, quod iuſte ex natura rei fuerit adificatum, deſtruat in pœnam, tanquam factum contra nunciationem, aut prohibitionem: neque enim in eo vlla cernitur læſio talis minoris. Eadem l. 3. §. pla ne. iuncto. §. ſed eã a principio, ſubiungitur ex eo, quod aliquis curator ſit conſtitutus publicarum rerum, aut quod præſes ſit reipublicæ, poſſitque prohibere, ne aliquis in loco publico adificetur, non ceteri illi conceſſum, vt permittere poſſit in eisdem publicis rebus adificari, niſi conſuetudine, aut a principe, vel alia legitima ratione, compariatur ei conceſſum, ac proinde ex tali eorum permiſſione non oriri exceptionem, quod permiſſu eorum adificatum ſit, vt non deſtruat, quod contra nunciationem, prohibitionemve, compertum fuerit adificatum, demoliri que ea de cauſa interatur. Illud verò eſt obſeruandum, quādo priuatus aliquis in ſuum proprium commodum nunciatur alteri, ne aliquid adificaret in priuato aliquo loco, tunc, ſi procurator ita nunciatis, qui ad nunciandum, & remittendum nunciationem non habebat ab eo particulare mandatum, remittat talem nunciationem, adificareque, quod extra inhibuit, permittat, inuadidam eſſe talem remiſſionem in damnum nunciatis ſine ipſius mandato factam, niſi nunciatis ratam illam poſtea habeat, ac proinde tunc demolendum eſſe, quod poſt eam nunciationem ex tali permiſſione fuerit adificatum. Ita habetur. l. cum procurator. §. vt. ff. de no. oper. nunc.

36. Quando per iudicem, ad petitionem alicuius, facta eſt alicui noui operis nunciatio, tunc, ſi iudex poſtea permittat, pronuncieue, poſſe adificari, fanẽt, quod iudicis permiſſu adificatum poſtea fuerit, deſtrui non poteſt, quãſi contra interdictionem prætoris ſit poſt nunciationem adificatum: eo enim ipſo, quod iudex adificari permiſit, ceſſatur remiſſio prior nunciatio. Ita habetur. l. ſi opus. ff. de noui oper. nunc.

37. Quod attinet ad remiſſionem nunciationis noui operis, non quidem ex conſenſu partium, ſed legis autoritate ac diſpoſitione, nempe, quādo is, cui nunciatio eſt, facta, quod deſtruet ſuis expenſis, quod adificauerit, ſi compertum fuerit non eſſe iure adificatum, aut offert eam ſatiſfactionem, & per aduerſarium ſtat, qui non vult illam recipere, dicemus primò, quid de iure digeſtorum hæc de re fuerit ſancitum, deinde verò ſecundò dicemus,

A quid de iure Codicis fuerit poſtea innouatum, ac mutatum.

Ante omnia verò eſt obſeruandum, hoc eſt diſcrimen inter eum, qui nunciatur nouum opus, ſuum intereſſe priuatum intendendo, quia ſcilicet, ſiue opus fiat in loco priuato, ſiue in publico, contendit cedere in ſuum particulare detrimentum, nec iure fieri poſſe; & inter eum, qui nunciatur nouum opus, publicum præciſe communitatis, reipublicæve, bonum intendendo. Quod in priori euentu, vt remiſſa legis autoritate ceſſatur nunciatio, neceſſarium eſt, nunciatum ſatiſſare, hoc eſt, fideiuſſores idoneos adhibere, quod ſi compertum fuerit adificium non iure eſſe factum, illud deſtruet, & damna ſoluet, aut certe eam ſatiſfactionem offerre, atque per aduerſarium ſtare, qui eam non admittat. In poſteriori verò euentu ſatis eſt promittere de ſtructurum opus, & ſoluturum damna, ſi compertum fuerit non iure eſſe factum, neque necesse eſt fideiuſſores adhibere. Ita habetur. l. non ſolum. §. ſi cum, & §. quod ſi. ff. de noui operis nunciatio. & l. prima. §. penult. ff. de prætor. ſtipulatio. Iſ tamen, qui in publico ſolo adificare vult, non prius id ei permittitur, quàm ius, quod ad id habet ex principis privilegio, aut aliunde, coram iudice oſtendat, vt ha betur. l. prætor. §. adijciatur. verſ. neque enim. ff. de noui oper. nunc. Atque ad iudicem ſpectat, eum prohibere donec ius, quod id facit, oſtendat, vt habetur. l. 2. §. ſi quis nemine. ff. ne quid in loco publ. Compara ratione ergo priuati, qui nunciatur nouum opus, ſatis eſt, ſi promittat de demoliturum, ſi compertum fuerit, non iure eſſe factum: & idem eſt, ſi oſtenſo iure coram iudice, quod adificare poteſt, aliquis contra illud aliquid contendat ac appetat.

Iſ, cui nouum opus eſt nunciatum, ſi ſatiſſet, aut promittat, (iuxta diſcrimen proximè traditum) ſi cõpertum poſtea fuerit, de indebitè adificare, deſtructurum opus, ac ſoluturum damna, aut offerat cautionem, vel promiſſionem, quam nunciatis recipere non velit, ita quod per nunciatum non ſter, quo minus cum effectu eam præſtet, ſed per nunciatorem, quin non vult eam recipere, tunc ceſſatur remiſſa nunciatio præterita, perindeque nunciatus continuare poteſt opus, ac ſi talis nunciatio facta non fuiſſet. Hoc verò remedium eam vtilitatem nunciatio afferit, quod necesse non habet adire iudicem, & expectare, vt de cauſa agnoſcat, & pronunciet, nunciatum debite adificare, eaque ſententia remittere nunciationem, integrum illi relinquendo, nihil illa impediẽte, adificare. Hæc omnia habentur. l. de pupillo. §. ſi iſt. l. prætor. §. ſi quis paratus, & l. ſtipulatio in prin. & §. primo, ff. de noui oper. nunciatio. Atque in hoc poſtremo iure additur, hoc remedio conſultum eſſe, tam nunciatis, quàm nunciato; nunciatis quidem, quoniam cauſam ſufficiente habet, quod, ſi compertum fuerit non iure eſſe adificatum, deſtruetur opus, in demumque omnino ſeruiabitur: nunciato verò, quoniam non impeditur proſequi ſuum opus, cum tamen contraria impedidio, præter moleſtiam, eſſe poſſet coniuucta cum damno.

Formam cautionis, ſiue fideiuſſoria, ſiue ſolius promiſſionis, prout fuerit, circa quam nouum opus fuerit nunciatum, ponit gloſſa l. ſtipulatio in prin. verb. nunciatio. ff. de noui oper. nunc. collectam ex varijs ſcribitis, continentemque, quid ſtipulari debeat nunciatis a nunciato, & quid nunciatis debeat ei promittere, ad quod de ſe debeat illi obligare. Ea verò talis eſt. Promittit ſe, hæredemque tuum poſt tuam mortem demoliturum, reſtiturumque tuis vtriuſque tibi factam adificaueris, damnumque totum, quod inde fuerit ſubſequutum ſoluturum, ſi iudicatum fuerit

fuerit, non iure esse adificatum, aut si per te fuerit quominus iudicetur, quia vel ad defendendas partes tuas non accedes per te, aut per alium, vel quia dolo feceris, ne pronuncietur sententia, eam pronūciari intendendo. Aut si prædicta non feceris, vel ego id potius maluerim, promittis te soluturum, quam tum ea adhibebuntur. Respondetque nunciatus, promitto.

40 Quod autem nunciatus in hoc eventu stipulari debeat a nunciato, ut pro se, & pro suis heredibus, post mortem suam, ad id se astringat, idque promittere debeat nunciatus, habetur expressè. l. non solum. §. ult. ff. de noui oper. nunc. ut glo. la. citata rectè ait. Verba enim vltima illius. §. hæc sunt: Idg, ex eo apparet, quod in stipulatione, que ex hac causa interponitur, etiam heredis mentio fit, eius scilicet, qui cauet, sed demoliturum opus, si competum postea fuerit, non iure esse adificatum. Operæ pretium autem erit exponamus eum. §. atque cum. l. prætor. §. hoc interdictum perpetuo. ff. eod. tit. eum conciliemus. Paulus iurifconsultus in eo. §. vltimo sic ait: *Morte eius qui nunciatus sit, extinguatur nunciatio: sicut alienatione,* (intellige prædij, ob quod nunciatur, quia scilicet in præiudicium eius prædij contenditur cedere adificium, quod nunciatur, ne fiat) quia his modis fiat ius prohibendi. (ne scilicet fiat tale adificium) *Quod si quis, cui opus nouum nunciatum erat, deceaserit, vel edes alienauerit,* (in quibus scilicet nunciatum erat, ne adificaret, quia videlicet id erat in præiudicium terrij nunciatis) *non extinguatur operis noui nunciatio.* Et continūo Paulus subiungit illa verba, quorum occasio- nem referimus atque exponimus totum. §. Idque ex eo apparet, &c. et iure verbis absoluit totum eum. §. eamque legem. Cum verò interdictum nunciationis non operis tres par. continetur, ut in principio huius dissertationis dictum comprobatum que est, primū videlicet prohibitoriam, qua nunciatur, ne fiat opus aliquod, neve continetur, si erat captum, antequam nunciatio remittatur, saltem cautione præstita, aut oblata, modis hæcenus explicatis, de sola ea prima parte eius interdicti sermo est. Paulo iurifconsulto in eo. §. vlt. atque: Si quis nunciatus opus nouum aliter, iure que continetur, neque vterius est facta progressio, tunc, si is, qui nunciatus, aut alienauit prædium, ob quod nunciatus, extinguatur nunciatio, nec tranfire in heredem, aut in nouum alium quouis alio titulo eius prædij possessoris: quoniam nunciatio est personalis ex parte eius, qui nunciatur, iureque nunciandi, licet ratione alicuius prædij cōpetat, trāseatque proinde eius ac facultas nunciandi ad quēcumque possessorium eius prædij, expirat tamē in eo, cuius antea erat id prædium, ac proinde nunciatio ab eo facta vñ cum eo iure expirat in illo, utpote personalis illius, interim dum illius erat id prædium, ratione cuius facta ab eo est ea nunciatio. Itaque Paulus iurifconsultus non negat, nouum successores, siue titulo hæredis, siue quouis alio, in prædij, ratione cuius facta est nunciatio, ius habere nunciandi, sicut habebat antecessor in illo qui nunciatus, postquam nunciatus, si alius aggregari facere aut prole qui opus, quod antecessor nunciatus, ne fieret: hoc quippe ius perpetuū competit domino, possessoriue eius prædij, interim dum opus, quod in præiudicium talis prædij cedit, non est periclitum ac consummatum, nulloque vnquam tempore aduersus eum præscribitur, quoad id, quod nondum est factum, ceditque adhuc in præiudicium talis prædij, eaque ratione semper est integrum tali possessori id prohibere, nunciare veniat, ut rectè affirmat probatque Ant. Gom. l. 46. tauri. nu. 39. Tamēti sermo hæc de re nō fit. l. prætor. §. hoc interdictum perpetuū. ff. de noui oper. nunc. ut videbimus. Neque Ant. Go. in luitus rei confirmationem debuisset eam textum eo loco

A citare. Quod verò Paulus intendit ac affirmat, est, nunciationem factam ab antiquo possessore eius prædij, morte illius, aut alienatione prædij, ratione cuius eam fecit, expirasse, quia personalis ipsius erat; atque adeo eum, cum illa facta fuerat, si postquam illa ita expirauit, contineret opus, quod fuerat in nunciatum, ne efficeret, non incidere in penam, ut teneatur illud demolire, etiam si ex natura rei iuste illud fecerit: sed, ut in eam penam incidat, necessarium esse, ut antequam illud continuaret, nouus possessor eius prædij, ratione cuius nunciatio antiqua facta est, nouam aliam ei efficeret. Et contrario verò subiungit ibi Paulus iurifconsultus, esto is, cui nunciatio facta est, ne adificet in aliquo suo prædij, è vita discedat, vel id prædium alienet, non extinguatur nunciatio, sed transit ad heredem, non tunc alium eius prædij alio titulo possessoris; ita quod, si contra nunciationem antecessori factam adificet, incidat in penam interdicti, nempe, quod id suis sumptibus teneatur demolire, etiam si ex natura ipsa rei sit iure adificatum. Ratio autem est, quoniam nunciatio facta est rei, ne scilicet in ea id adificetur: eaque ratio ne transit in quēcumque illius possessorem. Intellegit tamen, possessorem ita adificatent incidere in eam penam, nisi excuserit ignorantia inuincibilis talis nunciationis facte, ut supra dictum ostendimus. Et si enim inuincibiliter nunciationem ignorabat, in penam non potest incidere, que locum habere non potest, nisi ubi est culpa. Confirmat verò idem Paulus in fine eius. §. nunciatio non extinguitur morte eius, cui est facta, aut alienatione prædij, in quo prohibetur est edificari: quoniam in stipulatione, que interponitur, quod nunciatus destruet, quod adificat, si competum fuerit, ne iure non adificat, ut nihil nunciatio impediens, continuare adificium possit, si mentio sit hæredis, astringente scilicet ad id nunciatio tem se, solumque heredem post mortem ipsius. Hoc loco obserua, quod cum ea stipulatio nihil omnino penam continet, quia nunciatus non est astringit ad demolitionem eius sumptibus eius adificij, & ad dāna ex eo adificio nunciati subséquuta, etiam si iure sit adificatum, sed solum si competatur non iure esse adificatum, utique, non enim in stipulatione non esset facta mentio hæredis, nisi inuincibiliter teneatur ad ea omnia, quam teneatur facta de eo expressa mentione in stipulatione. Et enim nunciatus, ut contra dicitur iusti, teneatur ad ea omnia; quoniam non aliter ei permittitur post nunciationem continuare adificium, neque æquitas patitur, ut continuare adificium aliter ei permittatur, quam se ad ea omnia astringent dō, ne, si aliter permittitur, nunciatus maneret ex eo adificio in vero damno ex natura rei ipsi illato, ad quo soluendo merito se excusaret nunciatus, dicens, bona fide, ex ignorantiaque inuincibilis, quod iniuste illud daret, se edificasse, ac proinde ad illud, facta fo eo pacto, non teneri, quia neq; ex parte rei acceptæ, neque ex parte iniustæ acceptionis, ad illud teneatur: quando autem aliquis ex pacto iusto, omninoque rationabiliter factis, ad aliquod teneatur, utique obligatio illa ad hæredes transit, ut ex bonis defuncti illud, defuncti loco, soluant: neque, quando in stipulatione nunciatus se, solumque heredem post mortem suam, expressè ad illa obligauit, aliter hæres teneatur ea soluere, quam ex defuncti bonis, ac iuxta vires hæreditatis: quo fit, ut hæres eodem modo teneatur ea soluere, siue nunciatus expressè de herede mentionem fecerit in stipulatione; siuæ promissione, qua se ad ea omnia damna referentia, si competetur non iure adificat, obligauit, siue nullam de illo in ea stipulatione ac promissione mentionem fecerit.

E Nunc exponenda est, l. prætor. §. hoc interdictum perpetuū, ostendendumque est, doctrinam, quam ibi

ibi Vlpianus tradidit, nihil pugnare cum doctrina Pauli §. vlt. citato tradita, à nobis que hucusque explicata. Id quod vel ex eo est factis peripicuum, quod Paulus loquitur est de prima parte interdicti, que prohibitoria est, sermoque illi est de nunciatione facta, ne adificetur, & obiter in confirmationem secundæ partis doctrinæ, quam ibi tradiderat, mentionem fecit de stipulatione ac promissione, que interuenire solet, ut nihil in pedente nunciatione, fas sit adificare: Vlpianus verò loquitur de secunda parte eiusdem interdicti, que est restitutoria, ut ex principio, totoque decursu eius legis, utque ad eam. §. conitar. Nempe de eo interdicti quatenus præcipit, ut, quod adificatum fuerit post nunciationem factam, & ante eam remissum, sumptibus adificantis destruat, de actione verò, tam actiua, quam passiuâ, que ex eo in terdicto competit. Ait verò, hoc interdictum actiue, que ex eo interdicti competit, ut adificans sumptibus demoliat, quod post nunciationem, & ante illius remissionem, est adificatum, perpetuo datur, id est, triginta annis à tempore, quo ita adificatum est, ut ubi glossa exponit iuxta id, quod habetur in l. de perpetuis actionibus. Et hæc edicereque successoresque competit. Id est, competit, non solum ei nunciatus, qui erat tempore, quo adificatum est, si enim mortuus fuisset tempore, quo adificatum est, aut iā tunc alienatæ prædium, ratione cuius nunciatus, expirasset, utique nunciatio ab eo facta, ut Paulus. §. vlt. paulo antea à nobis exposito docuit, neque illi, heredibus, successoresque ab alijs in eo prædij, actio ex secunda parte interdicti competit, nisi illi, antequam esset adificatum, nouum fecissent nunciatio nem) sed etiam, cōpetit postea heredibus, alijsve successoresque in eo prædij, qui fuerint intra eos triginta annos. *Aduersus ipsum quoque qui id opus fecit, vel factum (nomine ipsius) ratum habuit, interdictum* (hoc est, actione ex illo) *locus erit. Plane si quis eorum, an in heredem eius, quod fecit, interdictum hoc* (hoc est, actio ex hoc interdicto, ut demoliat, quod à defuncto fuit contra nunciationem adificatum) *competat, sciendum est. Laboneum existimasse in id, quod ad eum peruenit, duntaxat dari oportere: vel si quid dolo malo ipsius factum sit, quominus perueniret. Quo omnia merito exponit glossa, dari quo ad hæc actionem aduersus heredem, solum vt pariat, id demoliri, nō verò vt sumptibus, etiam bonorum defuncti, demoliat. Quo loco obserua, sermonem non esse de alijs successoresque in eo prædij ante mortem defuncti, qui id opus fecit. Cum enim ibi sit sermo de demolitione in penam eius, quod ita adificatum est, quādo ex natura rei ritè fuit adificatum, penamque expirauerit morte defuncti, quando lis circa eam contestata non fuerat cum eo dum vixeret, solum ex quadam æquitate fuit sanctum, vt succedens per vltimā voluntatem defuncto in eo prædij, pati teneatur id demoliri, non tamen sumptibus suis, aut defuncti: quando autem lis circa eam penā contestata fuisset cum defuncto, ad illuc vixeret, tunc sumptibus bonorum defuncti cogere tur heres illud demolire, ut hæc omnia supra §. nunciatio noui operis vt rē, &c. copiosè explanata sunt. His ita explicatis circa priora verba formæ stipulationis proposita regrediamur ad reliqua eiusdem formæ explananda.*

Quod nunciatus astringere se debeat, demoliturum se, restitutumque in pristinum statum suis sumptibus, quod post nunciationem adificauerit, si cōpetum fuerit, non iure esse adificatum, ex dictis hæcenus in antecedentibus constat, & habetur l. vnica in fine. C. de noui oper. nunc. & l. stipulatio. §. habet. ff. de noui oper. nunc. Quia verò hæc stipulatio, qua nunciatus ad hæc, & ad sequentia, astringitur, eam habet conditionem, si competum fuerit, non esse iure adificatum, tunc sanè, demum com-

A mittitur ea stipulatio, compelli potest nunciatus ea implere, ad qua tali stipulatione se astringit, quādo impleta fuerit conditio, quod scilicet competum sit non iure esse adificat: competitur verò non iure adificat, quando, agente altero eorum confessoria, aut negatoria contraria, vel rei vendicatione, iudex vitima sententia definitiua pronunciat, non iure esse adificatum: quare præcedere debet hoc prius iudicium antequam ex stipulatione illa agi possit, ut nunciatus ea adimpleat, ad qua tali stipulatione se astringit. Atque hoc est, quod habetur §. habet citato.

Quod verò nunciatus astringere se etiam debeat, soluturum se totum damnum, quod inde fuerit sequutum, confirmat glossa citata ex leg. qui bona. §. si quis opus. ff. de dam. infect. vbi habetur, eum, qui nouum opus nunciatur, posse etiam simul petere, ea veri si ibi damno infulerit: unde damnum etiam, si quod id adificium infulerit, teneatur soluere. Ibi tamen solum est sermo de damno infulerit, quod restitutum non esset, nisi cautio de illo esset petita, ut ex dictis Dispa. 703. liquet. In re autem proposita, non solum argumento eius textus, sed etiam ex ipsamet rei natura constat, æquum non esse, & vñ nunciato de opere aliquo, tanquam quod iniuste, & cum præiudicio, iniuriaque alterius fiat, permittatur illud ante nunciationem remissam efficere, quin potius caneat, non solum de illo suis sumptibus reducendo ad pristinum statum, si competatur iniuste factum, sed etiam, ut restatit quacunque damna, que ex continuatione eius operis nunciatus fuerint sequuta, etiam si non sint ex ruina eius adificij; quod tamen solum damnum est, de quo in titulo de damno in factis est sermo.

Quod verò continere etiam debeat stipulatio, quod si per nunciatum fuerit, quominus pronuncietur sententia, vel qua ad partes suas descendendas in priori illo iudicio explicari non accesserit, vel qua, si dolo impediatur, ne sententia pronuncietur, teneatur ad ea omnia, habetur §. habet, citato, & §. sine autem, iuncta l. i. prius. ff. eod. tit.

Denique, quod stipulatio continere etiam debeat, ut soluat estimationem, si nunciatus ita mauerit, habetur eadem l. stipulatio. §. sine autem, & §. idem dicit, iuncta l. ex operis, & glo. vlt. ibi. ff. de noui oper. nunc.

E Eadem l. stipulatio §. opus, habetur, ad effectum, ut nunciatus cogi possit destruire adificatum, si postea competatur non iure fuisse adificatum, non factis esse, si nunciatus apposuerit cementum aliquod, intellige, quando id cementum nullum detrimentum afferit nunciatis: fecus autem, si prudentis arbitrio detrimentum aliquod ei afferret.

Si pluribus adificandis nunciatur opus nouum, omnes cauere debent prædicto modo, interposita videlicet stipulatione explicata: Si verò plures opus nouum nunciatis, debet omnibus prædicto et modo cauere, aut vni loco omnium, si in eo cauere cōueniant, alioquin singulis cauere eo modo debet.

E Atque stipulatio tunc concepta simpliciter ad interesse de interdicte omnium intelligitur. Ita habetur l. stipulatio citata §. vlt. cap. vlt. in vltimo.

Quando alicui nunciatum est opus nouum, siue in presentia nunciatis, intelligas, siue in absentia opificibus; aut alicui alteri partes domini edificij agentis) si quis nomine illius remissionem nunciationis petat, offerendo cautionem, quod si non iure cōpetit fuerit esse adificatum, destruat adificium, & damna soluentur, modo supra explicato, tunc non debet cauere, quod ratum hoc habebit is, cuius est opus, & cuius nomine remissionem nunciationis petit, sed quod ipse ea omnia præstabit, quando dominus adificij, cuius nomine ipse remissionem nunciatio-

nis petit, eam non praestiterit. Ita habetur. l. de pupil. lo. §. qui remissionem. ff. de no. ope. nunc.

43 Quando aliquis nomine alterius, tanquam illius procurator, nouum opus alicui nunciatur, si ita nunciatus satisfecit, & procurator ille vterius progreditur impedire continuationem aedificij, competit tunc nunciato aduersus eum tertia pars interdicti, de qua statim erit nobis sermo, qua agit aduersus eum, vt post satisfactionem datum, aut oblatam, neque acceptatam ab aduersario, non impediat continuationem operis: tunc autem, si procurator desistere omnino non velit, sed velit iudicio contenti, non iure aedificare, cogitur satisfacere, non quidem, quod ille, cuius partes agit, ratum id habebit, sed quod ipse procurator iudicatum soluet: alioquin non locum à prohibitione continuationis aedificij se mouetur, sed etiam femouetur à iudicio contentendae probandi, ad iure nunciatum aedificare. Tutor tamen, aut curator, qui minorum nomine recte opus nouum nunciant, non ita femouebuntur, aut cogentur ipsomet cauere, seu ex suo proprio mat. supio. de bonisve proprijs, iudicatu soluturos. Hæc sunt, quæ haberi videntur. l. de pupillo citata. §. vlt. & diabus legibus seq.

44 Tertia pars interdicti de noui operis nunciacione prohibitoria est, atque in hunc modum habet. Si, post nunciacionem noui operis alicui factam, is sufficienter, modo hæctenus explicato, satisfecit, de moliturum suis sumptibus aedificium, est iuratumque damna, aut soluturum quantum hæc omnia est imabuntur, si competitor non iuste etie aedificatus, aut post eummodi satisfactionem oblatam, stante per nunciatum quod accipiatur, nunciatus prohibeat ad iure id opus fieri, aut continuari, tunc et à praxore interdictum ac colibetur, ne fieri, aut continuari, prohibeat, vel impediat. Atque hoc ita sancitur pronisumque est in fauorem aedificiorum, splendoremque vrbium: habetque locum, siue qui ita cauet, cautionem esse, iure re ipsa prosequatur tale aedificium, siue non: id enim in præiudicium nunciatus non cedit, cum sit et sufficienter cautum, aut per ipsum stet, quominus sit et sufficienter cautum, si cautionem accipere non velit. Hæc tamen tertia pars interdicti, locum non habet in eo, cui nunciatum sit, ne in loco publico aedificet: esto enim re promittat, se illud suis sumptibus demoliturum, ac soluturum damna, aut interesse, prohiberi nihilominus adhuc impune potest, ne efficiat, aut continuet, tale aedificium, nisi prius ostendat, quo iure ibi aedificet. Item, si is, cui nunciatum fuit, ne aedificaret in loco priuato, satisfecit sufficienter, atque vt que ad certum tempus, tunc quamuis intra id tempus impediri non possit, prosequi id aedificium, sed locum habeat tertia interdicti pars, de qua agimus, elapso tamen eo tempore, locum non habet, sed impediri impune potest continuare aedificium. Hoc verò intelligo de eo, qui satisfecit, se demoliturum, quod intra certum tempus aedificaret, si postea comperiretur, non iure esse aedificium, ita quod limitatio temporis satisfactionis fuit quo ad id, quod intra id tempus aedificaret, non verò, quod si id vltra id tempus comperiretur non iure aedificatum, non esset elapso eo tempore demoliturum. Item, esto eadem tertia pars interdicti competat nunciato aduersus nunciatum, ne nunciatum impediat continuare aedificium eo ipso, quod nunciatus obtulit competentem satisfactionem, & per nunciatum stet, qui noluit eam recipere, nihilominus, quocumque tempore nunciatus velit eam recipere interim, dum continuatur aedificium, & nondum est absolutum, si per nunciatum stet, qui illam tunc non det, potest nunciatus eum

A deinceps impune prohibere, ne aedificium vterius continuet, nisi prius satisfecit, aut aliter remissio nunciacionis ei fiat, alioquin incidit in penam, vt quicquid deinceps aedificauerit, id sumptibus nunciati demolitur, esto iure sit re ipsa aedificatum. Hæc tertia interdicti pars non competit perpetuo, sed intra annum à puncto inquisitionis post satisfactionem præstitam, aut oblatam, nec receptam à nunciante, competitque intra eum annum vt agi ex ea parte aduersus nunciatum possit, tam nunciato, quam hæreticibus illius. Hæc omnia habentur. l. praxor. §. deinde, & reliquis sequentibus vsque ad finem eius legis. ff. de noui ope. nunc. Atque hæc quod attinet ad iurisdictionem.

B Postea verò de iure Codicis, l. vnica de noui operis nunciatio, (alias l. vlt. c. de aedificijs primatis) capit. penult. & apertius. cap. vlt. de noui oper. nunc. ac l. 9. titu. 3. par. 3. quamuis nihil innouatum est, quando remissio nunciacionis facta est per nunciatum, aut per iudicem, itemque quando cautio oblatam est a nunciato, & recepta est à nunciante, quando tamen cautio offertur à nunciato, nec recipitur à nunciante, sancitur est, vt, si nunciatus dicat, se velle probare id aedificium non iure fieri, et nunciatus cautioem offerat, quam nunciatus recipere non velit, nunciatus non possit progredi in aedificio, alioquin incurrat penam, vt, si quid post oblatam eam cautionem aedificauerit, teneatur illud suis sumptibus demolire, esto iure re ipsa sit aedificatum, ac proinde non statim censetur iam hodie per eam cautionem oblatam remissio nunciatio, sed conceduntur tres menses nunciati, computati, non quidem à puncto nunciacionis, quantumcumque longè antea præcesserit, sed à puncto oblatæ cautionis per nunciatum, intra quos probare possit aedificium non iure fieri, finiri que debeat. Quod si is intra eos tres menses non sit finit, vel quia lata nondum est sententia, esto nunciatus exceptionis aliquas opposuerit contra nunciatum, quibus retardata sit, vel quia est lata contra nunciatum, sed nunciatus ab ea appellauit, tunc oblatam cautionem per nunciatum, censetur et remissio nunciatio ad effectum, vt continuare aedificium possit sub ea sua cautione, ac obligatione, quod si tandem fuerit per vltimam sententiam pronunciatum, non iure esse aedificatum, illud suis sumptibus destruet, & soluet damna, & c. vt et ea stipulationem eummodi cautionis patulo antea explanatum est. Neque in re proposita locum habet dispositio illa iuris, quod appellatio pendente nihil innouetur, ad effectum, vt nunciatus, elapsis tribus mensibus à puncto, quo obtulit primam cautionem, nec nunciatus voluit eam recipere, possit continuare sum opus, præstita iterum eadem cautione, quando sententia in prima instantia lata fuit pro nunciato, & ab ea nunciatus appellauit, quoniam tunc nunciatus aedificat legis autoritate, que statuit, vt quacumque ratione finita non sit is intra eos tres menses, possit nunciatus aedificare præstita ea cautione, quare sicut si in prima instantia lata non esset sententia, intra eos tres menses possit, iure pendente legis autoritate cōtinuare aedificium illud, præstita ea cautione, nihil impedire, quod nunciatus ab ea appellauerit sententia, ita longè maiori cum ratione, si lata in fauore ipsius sit sententia, potest eadem legis autoritate continuare aedificium præstita cautione, nihil impediente, quod nunciatus ab ea appellauerit sententiam, quod autem in prima instantia lata intra prædictos tres menses esset sententia aduersus nunciatum, tunc ne fas esset illi continuare aedificium, esto cautionem offerret, sed expectare deberet vlt. definitiuam sententiam: ait verò Ant. Gom. cum alijs, quos citat, ea ratio ne de iure Cod. cōcessos fuisse illos tres menses, intra quos, esto nunciatus offerret cautionem, non possit aedifi.

aedificare, si nunciatus non vellet eam recipere, vt vti que consuleretur. Nunciatio quidem, ne, si nullo tempore prius dato ad causæ discussionem, statim oblatam cautionem, possit aedificare, damnum sustineret demolitionis aedificij, ac solutionis damnorum in iure per se suble, quoniam, si postea comperiretur non iure aedificatum, nunciatus verò, quoniam non nihil iniuria illi videbatur fieri permittendo nunciato continuare aedificium in ipsius præiudicium, statim ac offerret cautionem, nõ dato tibi aliquo competente tempore, in quo ius suum posset probare, & ostendere, quale ad quantum esset, vt vel intra id tempus ferretur sententia, vel recte cognito intra id tempus iure ipsius aliqua ex parte ex probationibus, nunciatus se contineret à cautione præstanda, & à continuando sub illa aedificio. Communis doctorum sententia, quam Anton. Gom. refert ac sequitur, affirmat, si nunciatus, qui recipere non vult primam cautionem, quam ei nunciatus offert, non dicat se velle probare ius suum, ad id que se paratum ostendat, aut idem non esse, sed statim censendum esse remissam nunciacionem ad effectum, vt sub ea cautione nunciatus possit statim, non expectatis tribus illis mensibus, continuare suum aedificium: quia tunc extendendum est, nunciatum ex sola sua malitia velle impedire aedificium, atque id satis innuitur, cap. vlt. de noui oper. nunc. est que opinio rationi ac æquitati valde cōsentanea. Quando tamen nunciatus se ostendat paratum ad probandum suum ius, saltem quia affirmat se velle illud probare, arbitror expectandos esse eos tres menses, esto nihil intra eos probet. Hæc iuxta iura citata, eaque iura ex parte exponendo, affirmant doctores, quos referit ac sequitur Ant. Gom. l. 46. Tauri nu. 34. & Greg. Lopez. l. 9. citata, tamen neuter eorum ea omnia affirmat. Vtrum autem, si sententia aduersus nunciatum feratur, possit nunciatus agere aduersus nunciatum, vt si ibi ea soluta damna, que verè sit passus ex eo, quod ea nunciacione aedificium sit retardatum, sit que nunciatus ad ea soluenda condannatus. Ant. Gom. vbi supra nu. 35. refert. Bart. cōmunemque doctorum sententiam affirmanter respondere, agendumque esse ad ea damna actione de dolo, argumento. l. rem quandam. ff. de dolo. Placet tamen cum eodem Ant. Gom. & Rainero, quem citat, dicamus, id verum esse, quando coniectura aperte fuerit, id dolo fecisse, causa impediendi aedificium atque id solum probat lex citata: fecus verò rem habere, quando nulla est doli præsumptio, sed id fecisse apparet causa experienti ius suum, de quo probabilitatem habet. Quando aperte constaret, nunciatum nullam habere ius impediendi aedificium, vel quia causam aperte nullam afferret, vel quia aliunde aperte constaret, cum nullam habere ius, tunc etiam post iura Codicis, contentenda est nunciatio, atque permittendum est continuari aedificium, etiam nulla præstita cautione, vt supra cum Bart. Panor. Greg. Lopez, Ant. Gom. & communi doctorum sententia est dictum. Lege apud Ant. Gom. vbi supra à nu. 36. longam hæc de re disputationem, vbi multa refert, vnde intelligi aperte possit, nunciatum nullum habere ius ad impediendum aedificium, & vbi recte ait, nunciatum petere coram iudice posse, vt causam proferat, cur nunciatus, ut nunciatus, & ob quam proferat non iure aedificari: quod si vel nullam proferat velit, vel proferat causam aperte nullam, tunc contentendum esse nunciacionem, permittendumque esse continuari aedificium, etiam nulla præstita cautione. Adde, & condemnandum tunc esse ad expensas litis, & ad damna omnia ex nunciacione, & ex impediacione operis, illucque sequuta.

Postremo circa secundam partem interdicti de Tom. III. Pars Posterior.

A noui operis nunciacione est obseruandum. Quotiescunque id interdictum competat, vt sumptibus aedificantis demolatur, quod aedificatum est, eo quod post nunciacionem noui operis, & ante illius remissionem aliquo ex modis hæctenus explicatis sit aedificatum, competit etiam interdictum quod vi aut clam, vt similiter demolatur sumptibus aedificantis, & vt soluat damna subsequuta: quoniam eo ipso, quod contra eam nunciacionem, seu prohibitionem, nondum remissam, est factum, censetur factum vi, vt in principio huius disputationis, dum de interdicto quod vi aut clam erat nobis sermo, explanatum comprobatum que à nobis est, ac proinde competit id interdictum quoad illam partem, quod vi. Quod autem semper, quando competit secunda pars interdicti noui operis nunciacionis, competit etiam interdictum quod vi aut clam, habetur expresse l. praxor. §. nulli. ff. de noui oper. nunc. & constat ex leg. v. §. quid sit vi, & ex l. si alius. §. ait Iulianus. ff. quod vi aut clam. verba. §. ait Iulianus, hæc sunt. *Qui ante remissionem nunciacionis contra quam prohibitus fuerit, opus fecerit. duob. interdictis tenetur. Pro quo ex operis noui nunciacione, altero quod vi aut clam. Idem conuenit ex alijs iuribus citatis. Multo verò latius cõpetit interdictum quod vi aut clam, vt sumptibus aedificantis destruat, quod aedificatum est, & vt soluat damna subsequuta, quam competit secunda pars interdicti de noui operis nunciacione. In primis enim, si quis impedito sit, ne ipsi noui opus nunciatus, in his quibus supra, dū de interdicto quod vi aut clam erat nobis sermo, explicatum est, censeri vi aedificasse, competit interdictum quod vi aut clam: non verò secunda pars interdicti de noui operis nunciacione, eo quod nulla talis præcesserit nunciatio. Deinde supra §. atque in hoc §. vtrum autem §. dixi, cum eth. §. inquilinus. §. quando vnus, traditi sunt multi alij euentus, in quibus non habet locum interdictum de noui operis nunciacione, cum tam en in eissem euentibus locum habeat interdictum quod vi aut clam, vt ibidem comprobatum est, & cum alijs affirmat Ant. Gom. l. 36. Tauri n. 22. Obserua autem in interdictum quod vi aut clam, non competere triginta annos à puncto operis facti post prohibitionem, sicut competit interdictum de noui operis nunciacione, sed solum per annum à puncto operis effecti, vt habetur l. semper. §. hoc interdictum in hæredes. ff. quod vi aut clam, & affirmat Ant. Gom. vbi supra nu. 20. & 21. Si quis autem alia actione consequatur, quod interest opus non esse factum, agere non potest interdicto quod vi aut clam, vt habetur eadem l. semper. §. vlt. Atque hæc dicta sint de tota hæc molesta materia.*

DISPV T. 707.

De aedificijs, operibusve, ac immisionibus, in loco sacro, aut publico, & peculiariter in vijs publicis, & quæ illæ sint.

S P M M A R I V M.

- 1 Loca sacra que. A sacros etiam publicos comprehendunt. Que prohibita sunt fieri aut aedificari in locis sacris, aut in illis conuincit. Et quo remedio subueniatur. Et quosque hodie in hæc feruntur.
2 Locis publicis narie usurpator, & inter alia, pro loco usui communi, aut saltem singulorum de populo deputato.
3 Iter, ut est seruitus, & ita, ut etiam est seruitus, in quo differant, dicunturque primata. Via publica &
N 2 iter